



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 109. Ipse est, tenete eum. v. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

bere pacem mecum simulauit, dum me prodendo est oscularus, in quo seruare debui; quasi in seruo fidi, qui que commensalis meus erat & familiaris, cui non solum corporalem panem, sed etiam sacramentalem communicaueram: magnificam super me fecit deceptionem, me tradendo hostibus, ut sub plantis sororu conculcarer.

OIuda venenum infundis osculo, quo gratia charitatis infunditur, osculo, quod sacræ pacis est insigne: osculo, quo amicitia fida firmatur osculo; quo fides sancta firmatur. Hoc ergo osculo tradis periculo, quem ob osculi commercium debueras venerari, & tradis filium hominis, qui te peccatore fecit Apostolam; filium hominis tradis, qui venit, ut in sanguine suo omnium peccata dilueret, sed hæc est, o Iuda, hora tua & potest tenebrarum, veniet hora alia, ipsius scilicet Domini, quando te non oculabitur, sed in faciem loquetur: *Ierue nequam &c.*

§. 109. *Ipse est, tenete eum.* v. 44.

Quis ipse; nonne Pater tuus qui te ab initio creauit, qui te aluit usque huc, qui te sublimauit & honore Apostolatus, Episcopatus, Sacerdotij nostri Testamenti, nonne Dominus, in cuius seruicio egisti praeceteris Apostolis & conomum familiæ eius, tam suavis mitis & humilis corde, quo alter non est mitior Magister, in cuius schola omnem virtutem & doctrinam veram audisti, obseruasti, didicisti: & hic an molestus tibi unquam fuisse credo. Quomodo ergo modo dicis *Iscurris*, & militibus, *Ipse est*, &c., *Tenete eum*. O Iuda, in verbo, *Ipse est*, nescio quid gustem veneni, multum dicas, cum tam parum dicas, unde quidlibet mali à te dici, potest presumari. nam si non mali quidlibet dicas, cur non audis quis ipse sit de quo dicas *Ipse est*, nam prius addens, *Tenete eum*, manifestas te nihil boni dicere cum ait: *Ipse est*.

Domine Deus agnoscote pati, pro omni genere peccatorum, nam sunt homines qui, emphaticas, didicerunt paucis verbis multa dicere facti suo malo apta quidlibet pessimum de proximo significare idonea, ita ut nihil videantur velle dicere mali sed innuere omne malum. Ecce mi Saluator horum hominum nequam peccatum modo luis. Pro qua tua pietate tibi gratias ago, & rogo ut custodias me ab hoc genere linguæ malæ, quem tenuera habet sub se venenum aspidum.

§. 110. *Et ducite caute,* v. 44.

Habet nescio quid latentis mysterij hoc verbum, quod Iudas proditor dedit comprehensoribus Christi, inquiens: *Ipse est tenete eum & dominum eum*